id eſt dolet mihi. Nam dicimus ꝛ hec res mihi dolet id eſt doleo hanc rem. ſ; redeo vnde digreſſus ſum. litere tue afferunt mihi admirationem id eſt efficiūt vt admirer. affers teſtimonuū id eſt teſtificaris. ꝛ ita diſpſa eſt ꝛ vaga huius verbi ſignificatio.

CIII. De perinde cū atq; vel ac poſtpoſita.

¶ Perinde ornatiſſime poſtulat pˀ ſe ac/vel atq; ꝛ totum ſimul perinde ac vel atq; habet eādem vim quaz vt tanq;. vt Camillus pinde atq; oīz ſapiētiſſimus. et cherea perīde ac foret eunuchus. ꝛ de hac re ſatis hec dicta ſint hactenus.

CIIII. De coeo.

¶ Coeo non ſolū abſolutum eſt: ſed nonnūq; per venuſte caſum habet accuſatiuū. Coeo ſocietatem tecuz. Et hinc ē illud. A. gelij in noc. ac. de pitagora deq; eius conſorte. quod quiſq; familie pecunieq; habebant/in medium dabant: ꝛ coibat ſocietas inſeparabilis. S; eodem cicero pacto aliquando eſt eo verbo vſus.

CV. De mille hoīm in ſingulari numero.

¶ Mille hominū ſingulari numero ſignificat mille homines: mille militū interijt hoc eſt mille milites interierunt. mille militū vulneratū eſt id eſt mille vulnerati ſunt milites. id q; ornatum vſitatum q; eſt.

CVI De Primus

¶ Primus ſignificat etiā ordinem qđ nomē ſequitur ſecundus ꝛ tercius ꝛ deinceps alia eiuſdē ordinis nomina. tñ multotiens ſignificat principalem. vt hic eſt noſtre ciuitatis vnus omniū primus per ſe ſignificat optimū. ſed id poſtremū in raro eſt vſu oratorum.

CVII. De interdico.

¶ Interdico tibi hac re/ꝛ non hanc rem. vt interdico tibi aqua ꝛ igni. plinius in ſuis epiſtolis. carent rege iure: quibus aqua ꝛ igni interdictum eſt.

CVIII. Que nomina ornate ſincopantˀ.

Nunc vo ad reliqua: neqꝫ em̄ īuitus omiſerim q̄ q̄ noīa ad numeꝝ ſpectāt in eoꝝ plralibus gtīs ſincopā efficiūt. Idqꝫ cū vſitatū eſt/ tū ad exornādā ptinꝫ oīonez: vt mille nūmū poti⁹ q̄ꝫ mille nūmoꝝ: mille denariū: mille aureū: ⁊ tot milia argentū: ⁊ ita de reliqs. et in gtīs oīm noīm ſcδe declinatōis frequēter efficiūt.

CIX. Citra cētenariū ⁊ poſt vigenariū mīoꝛ nūer⁹ maioꝛē elegāter p̄cedit mediāte ꝯiūctōe Sed pſam ſcribētes ⁊ ſolutā oīonez ī noībus ſolū nūeꝝ ⁊ mēſurā ſignificātib⁹/ atqꝫ ī nūeroꝝ noīb⁹ eam plerūqꝫ ſuam⁹ ꝯſuetudinē/ ⁊ citra cētenariū nūeruꝫ. ſi qn̄ poſt vigenariū duo nūeri cōmemorādi ſūt: vt eoꝝ mīoꝛ p̄cedat ⁊ maioꝛ ſequat: vt Hic ē vnū ⁊ vigīti annos nat⁹. duos ⁊ trigīta ānos vixim⁹. tres ⁊ q̄dragīnta ānos nauigaui. q̄ttuoꝛ ⁊ q̄nq̄gīta ānoꝝ cōſumpſi etatē. Sed vltra cētenariū ⁊ citra vigenariū tritū ac vulgarē ſuam⁹ moꝛē ⁊ ſmonē. Et aūt ſicut duo de vigīti nōnūq̄ꝫ dicim⁹/ ⁊ duo de trigīta: ita ⁊ duo d̄ vigeſimo/ ⁊ duo de trigeſimo/ manifeſtū ē: ſꝫ nō q̄dē ē frequēti oratoꝝ vſu.

CX. Indies ⁊ indiem

Quid indies: nōne pulcherrim⁹ ſmo eſt: ac ſignificat p ſingulos dies ⁊ q̄tidie: ſꝫ cū q̄dā īcremēto: vt tua indies accreſcit virt⁹. īdies hoīes ſapiūt. ſtultoꝝ hoīꝫ indies accreſcit īfamia: ſꝫ cū dicit indiē: eſt termin⁹ deputatus.

CXI. Ut in v̄bis actionē aut paſſionē ſignificātib⁹ varietati ſtudēdū

In v̄bis tā actionē q̄ꝫ paſſionē ſignificātib⁹ ꝯſiderare debem⁹ varias vocū īflectiōes atqꝫ exit⁹: ⁊ modo his modo illis vti p auriū iudicio: vt fuere p fuerunt amarūt p amauerūt. videre p viderūt. norim p nouerim. triūpharāt p triūphauerāt. ⁊ d̄ alijs q̄ꝫ eodē mō Sꝫ ne q̄d fiat ꝯtra grāmatice artꝭ p̄ceptiōes/ hac via puidendū eſt.

CXII. De quin.

Quin particula quō increpet vel exoꝛtet/ quō item

cõfirmet ꝛ quõ iterogetid ſatis exploratũ eſt. ſꝫ nos ea pulcherrime vtimur cũ dicimus: nõ poſſuꝫ quĩ geſtiam. nõ poſſum quin doleã. nõ poſſum q̃n admirer. ſignificat eñ fere me nõ poſſe ꝯtinere q̃ nõ doleam. ꝛ ita de ceteris cõſimiliter.

CXIII. De locus eſt vel multũ aut nihil loci eſt huic rei

¶ Quid illud: nõne p̃clarũ eſt vſu: locus eſt huic rei. multũ loci eſt gaudio. plurimũ loci eſt trãquillitati. ꝛ Teren. dauus. Nihil loci eſt ſegnicie. ſignificãt enim hec oĩa: vel oportere nos letari: vel trãquillos eſſe: vel voluptatibus affici: vel nõ negligẽtes ac ſegnes eſſe. Et ſic in alijs huiuſmodi.

CXiiij. De magnopere ꝛ ſimilibus.

¶ Nõnunq̃ȝ vero duo noĩa (ſiue p̃poſitione addita ſiue non) vnius aduerbij vim retinẽt. vt magnopere ꝓ valde. maximopere ꝓ plurimũ. maiorem ĩmodum ꝓ maxime. mirum ĩmodũ ꝓ mirabiliter. ꝛ iteꝝ mirandum ĩmodũ.

CXV. De imprimis ꝛ ſi͛libus.

¶ Sed ablatiui caſus ſiue cuꝫ cõmercio p̃poſitionis ſiue ſine eo vim habẽt aduerbij: vt imprimis. ſignificat eñ p̃cipue ac p̃ſertim: ꝛ id (vt greci dicũt) aduerbium ip̃m (ſi ita appellandũ eſt) perornate noĩbus iũgitur: vt imprimis ſapiẽs. imprimis eruditus. Sed (ne a ꝓpoſito diſgrediar) paucis interdũ ꝓ paucũ. multis ꝓ multũ. Uerũ hec alio loco oportunius illo.

CXVI. De Gerit cũ nomĩe magiſtratus ſiue imperij.

¶ Ille etiã modus optimus eſt: vt ſi quis dicturus ſit quempiã hoĩem aliquẽ habere magiſtratũ vel honorem ſeu imperiũ: vt ex noĩe honoris eiuſmodi ꝛ gero geris verbo pulcherrimã ꝯſtituat oĩonẽ. hoc pacto Hic eſt rome ꝯſul. rome ſe ꝯſulẽ gerit. ita cõſi͛liter imperatorẽ gerit. p̃ncipẽ gerit. p̃torẽ gerit. ꝛ alia ꝯſimiliter. ad hos etenĩ viros rerũ cura ꝛ admĩſtratio ptinet

CXVII. De interlegendum ⁊ ſimilibus
¶ Uſitata ⁊ perpulchra eſt ſermõis oratio: vt gerun-
diorũ accuſatiuis ꝑpoſita interſignificet tẽpus imꝑ-
fectum indicatiui vel ſubiũctiui modi vel alterius ⁊ dũ
particulã. vt interambulandũ hoſtes offendi: hoc eſt
dum ambularẽ inter legendum videbas / id eſt duȝ le
geres. Et ſic ꝓ varietate pſonaꝝ ita exponendũ eſt vti
modo explicauimus. Sic ſeruius in buc. virgi. Inter
agẽdũ id eſt dum agis. honeſta locutio ſi dicamus in
ter cenandũ hoc ſuȝ locut᷒. i. dũ cenarẽ hoc locutus ſum

CXVIII. De in pro erga vel contra
¶ In ꝓ erga ⁊ contra pulcherrima ẽ actio prepoſita.
Ut meus in te aĩmus. mea ĩ te beniuolẽtia vbiqȝ eniȝ
ſignificat erga. Juuenalis inuehit ĩ domicianũ. Cice-
ro hũit orationẽ ĩ Catilinam: ubi eñ ꝯtra ſignificat

CXIX. De apprime
¶ Apprime pro valde recte apponitur noĩbus. queãd
modũ de imprimis ſuperius dictũ ẽ vt virgi. apprime
nobilis res. apprime vtilis. Et ita de ſimilibus.

CXX. Ut res apte ꝯiũgit adiectiuis poſſeſſiuis.
¶ Res nomen latum / diffuſumqȝ eſt. ſed eo pulcher
rime vtim̃ cũ adiectiuis poſſeſſiuis noĩbus ⁊ preſertĩ
huiuſmodi. vt cum dicit̃ res bellica. res domeſtica. reſ
publica. res familiaris res militaris. Et d̃ ſil'ib᷒. ꝑiter

CXXI. De preſtolor.
¶ Ut aliqua veluti ſignãda inſtituam preſtolor ver-
bum plerũqȝ poete actio iũgũt. Cicero ꝯnectit datiuo
vt quem preſtolaris: preſtolor iohanni.

CXXII. Aſſentior tio. Inpartior tio.
¶ Multa ſunt verba quibus per eandem ſignifican
tiam ⁊ paſſiua vtunt̃ voce ⁊ actiua. ⁊ (vt omittam pe
ne innumerabilia) cicero frequenter in hijs duobus
modo actiuã modo paſſiuã vocem vſurpat. aſſentior
⁊ aſſentio: vbiqȝ eadem conſtructionis forma. ⁊ ĩpar-

tioꝛ ꝛ impartio.ĩ ceteris aũt id fit multo rarius.

CXXIII. Uſu venit.

Uſu venit oꝛnatiſſime pꝛo contingit ponitur.

CXXIIII. Uſurpatio ꝛ vſurpare

Uſurpatio ꝛ vſurpare nõ ita ĩtelligi debẽt: ſicut iu riſcõſulti vtũt. ſꝫ vſurpatõeꝫ oꝛatoꝛes ĩ frequẽtẽ vſũ no minãt ꝛ vſurpare in frequẽti vſu hr̃e.

CXXV. Defficit cũ accuſatiuo.

Hec res me defficit id eſt deeſt mihi hec res. vt defi cit me dies. vita ꝙ̃ pꝛimũ moꝛtales deficit. ſed deficio hac re magis poetaꝝ ẽ. CXXVI Oĩs pꝛo oĩs.

Nũc aũt ne ea q̃ perutilia ſunt / ꝛ oꝛnatiſſima omit tamus. intelligendũ eſt ꝙ que noĩa tercia declinatõis tam noĩatiuũ ꝙ̃ gtĩm ſingularẽ habẽt ſimiles: p̃ſertiꝫ ſi gtũs p̃lis in iũ exierit eoꝝ frequẽter acĩuus p̃lis in is. terminari ſolꝫ raro in es. vt oĩs p oẽs. moꝛtalis pꝛo moꝛtales. inanis p inanes Siliter (vt ip̃e ꝙ̃ teſtatur pꝛiſcianus) in es ꝛ in is terminãtia repiunt: vt fortꝭ ꝛ foꝛtes / partꝭ ꝛ ptes / põtis ꝛ põtes. ĩ reliq̃s rarius id fit q̃ eſt poetaꝝ venia. CXXVII. De poſtride.

Quedam aduerbia ſunt q̃ epiſtolr̃ maxie ꝯgruũt. ſi cut ppediẽ / ꝙ̃ pꝛimũ / cito / ꝯfeſtiꝫ / ꝛ poſtridie. qđ multi ignari lr̃aꝝ ꝛ grãmatice artꝭ expertes exponũt poſt tres dies. ſꝫ tu (ne eodẽ ducaris erroꝛe) crede poſtridie ſigni ficare poſtero die ꝛ eo pacto. M. T. accepit ꝛ aliȷ̃ erudi tiſſimi viri CXXVIII. Pꝛimũ / deinde p̃terea. ad hoc poſtremum.

Ac ſi quis mlt̃a referre velit: p pꝛima repõat p̃mũ vl̃ pꝛimo. vtrũqꝫ eñ in vſu ẽ. p ſecũda deĩde vel ſcđo loco. p tercia p̃terea. vel p tercio loco. p quarto (qđ p raro accidit) ad hoc vel pꝛeterea vl̃ quarto loco. ĩ calce poſtremo / vel poſtremũ vel demũ ſit igit̃ huiuſcemo di exẽplũ. Tria ſunt q̃ magnã mihi afferũt volupta tẽ. p̃mũ eñ ꝙ optimũ amicũ nactus ſũ. deĩđ aũt ꝙ ſin

c

gularē tuā erga me ſepe teſtificaris beniuolentiam po
ſtremum vero ꝙ te incolumē intellexi.

¶ cxxix. De ordīe haꝝ ꝯiūctionū em̄/autem/vero.

Qua in re id ꝗꝫ aduertēdū eſt ꝙ tres inuenim⁹ ꝯiū-
ctōes recto atqꝫ vſitato ordine q̄ ſūt em̄ aūt ꝛ vo. ſed tu
ipē hec oīa/ac mlto plura facile cognoueris: ſi cicerōis
ſcripta: ꝛ imprimis eius epiſtolas lectitabis.

¶ cxxx. Memorie proditum eſt.

¶ Memorie proditū ſignat ſcptuꝫ ē. in lr̄a em̄ talia or-
natiſſime vſurpāt̄ varijs cū ſignificātijs. vt memorie
tradere. mādare ſcptis. mādare lr̄aꝝ monumētis. ꝗruꝫ
ferme oīꝫ eadē vis eſt. ſꝫ mandare memorie aliud ſibi
videt̄ velle. cxxxi. Fallit me hec res.

¶ Fallo v̉bū tritū ē apd̾ ciceronē. fallit me hec res dici
mus. fallit te ſpes. qd̾ eſt fruſtratur ꝛ decipit.

cxxxij. Miſſum facere

¶ Miſſum facere id eſt dimittere venuſtuꝫ ꝛ ornatū
eſt. nā miſſam hāc rē facio ſignificat dimitto illā rem.

cxxxiij. Ne quidam.

¶ Adhuc ne in eadē oīoe due hepticule ne ꝛ q̄dā/pul-
cherrīe ſūt: ſi q̄s fuerit illis recte vſus. nā cū ponūt̄ ſp
aut aliq̄d dictū ē: aut mēte id ꝯſpicit̄. vt ne audiui q̄dā
ſignificat em̄ (exēpli cauſa) nō ſolū nō vidi ſꝫ neqꝫ etiā
audiui Itē aliud exēplū. phie ſtudia demochritus nō
modo īternittit: ſꝫ ne remittit q̄dam. remittere nāqꝫ
philoſophiam eſt remiſſius philoſophari

¶ cxxxiiij. De ordine plurium ſine ꝯiūctione.

Sed ea ꝗꝫ adhibēda diligētia ē: ꝙ ſi qn̄ plura poni-
m⁹ p̄ſerti ſine copulatōe (q̄ articulus ē) ꝛ ſi idē videāt̄
ſignificare qd̾ vehemēti⁹ ſonat magis collocet̄ in cal-
ce. vt tua v̉tus laudāda pbāda ē. nā pbāda ē magis
qd̾ fit animi iudicio. Magiſtratus diligere amare co-
lere debemus. probatiſſimos viros omnes homines
verentur obſuāt admirantur q̄ turpia/obſcena/tetra

feda ſūt:ea fugere ⁊ aſpnari d̾bem᷒.v̾tutꝫ officiū ſūma
laus ē.nā hꝫ offm̄ acceſſionē actōis.Sꝫ ī his ꝙ̄ ordo ꝗ
dā ſpectādus ē.ꝙ ſi tria quoꝝ duo partē aliquā ſigniſi
cēt:terciuꝫ ſit cōmunius:id ꝓfecto plerūqꝫ debet ī fine
collocari:niſi ſe habuerit quodā generis modo.tūc eī
econtra fit qđ nunc liquido ac ꝑſpicue patefecero exē-
plis.ac ꝓ̄oris quidā exēplū eſt oīs in adipiſcēda v̾tute
cura/opera/diligētia:ponēda eſt.eſt em̄ cura conſiliū
animi :opera corꝑis:diligētia vtrūqꝫ cōplectiť.Item
in re publica plurimūinduſtrie/laboris/tēꝑis ponen
dū eſt.Amicos ꝯſilio viribus oꝑa adiuuare debemus
Alterius nota exempla ſunt.Nō ſunt ꝑſe res comode
expetende diuitie/honores voluptates.cōmoduꝫ em̄
generis locū detinet cuius ſpēs ſunt mlťe.puta quas
modo nūerauim᷒.Atqꝫ item aīmalia queqꝫ hoīes/leo
nes equi bonū videntur appetere.ſꝫ vtrūqꝫ rei ſeſe ha-
beat ſi multa ſint:quod ꝑluris eſt debet poni in fine.
iam ad alia procedamus.

cxxxv De Quiſquis:vtut:vbiubi.

Multotiens geminatio in quibuſdā tā verbis infi
nitiuis ꝙ̄ aduerbijs tanti valet quāti id nomē ſemel
⁊ cunqꝫ.vt quiſquis ꝓ quicūqꝫ quotquot ꝓ quotcūqꝫ:
quātuſquātus pro ꝙ̄tuſcunqꝫ qualiſqualis pro qualiſ
cunqꝫ.vtut ꝓ vtcūqꝫ.vbiubi pro vbicūqꝫ ⁊ id aduerte
diligenter. cxxxvj.Accedit.

Accedit pro additur ꝙ̄ vſitatū eſt tam pulcherrimū
videri debꝫ.vñ ⁊ acceſſio addictioneꝫ ſignat.vt ad me
as miſerias mihi accedit dolor id eſt additur.

cxxxvij.Confido.

Confido nō ſicut quidaꝫ arbitranť/neſcio ꝗ pacto ſ
ꝯſtruiť.ſꝫ iūgiť alias datiō alias ablatiō caſui ⁊ ī hijs
potiſſimū v̾ſať ꝗ ad aīmū ſpectāt.vt ꝯfido tua v̾tute.
tua humanitate.tuo ꝯſilio.⁊ idē de alijs huiuſmodi

cxxxviij.Credo pro cōmitto.

¶ Credo q̈ꝫ ꝓ cōmitto oꝛnatiſſimū ē. vt credo tibi ꝯſilia mea. credo tibi grādem pecuniā. ⁊ ſic de alijs.

¶ CXXXIX Grandis maioꝛ vel minoꝛ natu.

¶ Grande adiectiuū nomē ꝓli vel etati ꝯuenit vel pecuuie. pecunie exēpla ſupˀ poſuimˀ. Sꝫ hic grādioꝛ neſtoꝛe videt̄. i. videt̄ q̄ neſtorē vincat etate ⁊ añcedat. h̄ eſt grādis natu: grādiſſimˀ natu. ſignificat longeuuꝫ hoīem atq̈ꝫ admodū ſenē. Et q̄ꝛ de natu facta mētio ſē maioꝛ natu. oꝛnatiſſime ſignificat ſenioꝛē: ſic mīoꝛ natu ſid eſt iunioꝛem. CXL De parentheſi.

¶ Inſup aut illepida ſit īterpoſita nōnūq̈ꝫ ī oꝛone atq̈ꝫ int̄iecta parētheſ̄. vt dediſti ad me (q̄ mea ē ſumma voluptas) ſuauiſſimas lr̄as. oēs amicos (n̄ falloꝛ) plurimū admiroꝛ. ſcire veli ex te (ea nāq̈ꝫ ē amicoꝝ ꝯſuetudo) q̄d nup in cā. M. Anthonij egeris. ⁊ ita demū (re poſtulāte) nr̄aꝝ hmōi oꝛonē int̄poſitōibˀ aſpergamˀ.

CXLI. De increbꝛuit.

¶ Hec res apd̄ me īcrebꝛuit / ⁊ fere ſignificat ad aures peruenit ⁊ rei noticiam ſignat.

CXLII. Ut nos neſcire quid dicemus.

¶ Neſciō hācrēꝫ: ignoꝛo: p̄terit me: fugit me: latet me Huiˀ rei neſcius ſum: ignatus ſum. Hec res ſcientiaꝫ meā fugit. CXLIII. Reliquum eſt ꝓ reſtat

¶ Hoc reliquū eſt. i. hoc reſtat: ꝓpulchꝛe ⁊ magno cuꝫ oꝛnatu idē ſignificat. Exēplū eſt. Oīa tibi ⁊ natura et foꝛtuna tribuit: reliquū eſt vt bn̄ ⁊ laudabiliter viuas

CXLIIII. Uulgo id eſt vbiq̈ꝫ.

¶ Rumoꝛ eſt vulgo. i. vbiq̈ꝫ. ⁊ cōiter dr̄: ⁊ oꝛnatˀ ſmo ē

CXLV. Accipere ꝓ audire ⁊ cognoſcere.

Accipe ꝓ audire ⁊ cognoſcere ꝓuenuſte dicit̄. vt accepi rumoꝛibus: q̄ꝝ eſt īcertˀ auctoꝛ: Accepi hoīꝫ fama q̄ certo auctoꝛe ꝯtinet̄. accepi nuncijs id eſt nunciationibus q̄s titius ad me remiſit. accepi lr̄is q̄s plerunq̈ꝫ ab amicis accipimus. ⁊ in alijs conſimilibus locis.

CXLVI. Hiſce hoſce haſce

¶ Pronoībus articularibus demõſtratiuis cõſueue rūt oratores addere ce adiectionē ī his caſib' q̄ in s. de ſinūt euphōie cā vt hiſce hoſce haſce .p his hos has.

CXLVij. De trāſlatiōe hui' ꝑpoſitōis cū

¶ Sepe ꝑpoſitio q̄ prepōi ſolꝫ: poſtponit' etiā ſi ſigni ficātia eadē manet: ⁊ in quibuſdā quidē ſemꝑ q̄ ſunt mecū tecū ſecū nobiſcū vobiſcū. in quibuſdā qꜫ non ſꝑ vt q̄. cū q̄ cū q̄bus cū / te .ppt' hac etiā .ppt' te idē ſigni ficant. ⁊ ſic q̄bus cū ⁊ cum quibus ⁊ ī his potiſſimū ea ꝑpoſitionū tranſlatio fit que modo enumerauimus.

CXLVIII. Clā ꝑpoſitō poti' qꜫ aduerbiū

¶ Clā plerūqꜫ ꝑpoſitō eſt ⁊ nōnūqꜫ aduerbiū. ſed ora tores ꝑpoſitiōeꝫ potius accipiūt: ſiue iūgant' ablō (vt priſcianus ſentit) ſiue actīo / quod opinatur donatus. vt clam me .pfectus eſt id eſt me neſciente.

CXLIX. Corā ⁊ ꝑpoſitio ⁊ aduerbium.

¶ Coram cū accentu in prima ſillaba ꝑpoſitō eſt ⁊ q̄d ſignificet nemo eſt qui neſciat. cū accētu v̄o in vltima ſillaba aduerbiū pulcherrimū eſt ſignificās (vt ita di cam) preſentialiter quo frequētiſſime viri docti vtunt' vt apud .M. ciceronem cupio tecum coram iocari id eſt preſentialiter. etiam coram tecū loquor.

CL. De aduerbijs in .i. ⁊ u. deſinentibus.

¶ Multa aduerbia in i exiſtentia etiā in ipſis epiſtol' pulcherrīa ſunt. ſꝫ hec ī primis ruri veſperi domi belli Multa itē in o ſero ſerio ꝯſulto poſtremo falſo meri to precario. Cetera v̄o in eodē exitu deſinētia haud ī frequēti ſunt vſu oratorū. In u v̄o nō multa ſunt diu cuius ſignificatio manifeſta eſt Interdiu: quod eſt q̄ſi infra mediū diei tempus. ⁊ noctu pro nocte. qđ magis nomen eſt. Unde diu noctuqꜫ dicimus.

CLI. Nullus pro non.

¶ Nullus nulla nullū nōnūqꜫ .p nō preſerti ſuꝫ eſt

v̄bo adiūcto: vt null⁹ ſum .i. interij .reſpub. nulla ē: q̄ſi non eſt. id eſt extincta eſt. Idq3 ornatiſſimum fuerit

C Lij. Preſto ſum id eſt aſſu3 vel appareo

Preſto ſū ſignificat aſſū. ⁊ fere appareo. ⁊ ſicidē aduerbiū eiuſdē v̄bi mōis oībus ac tp̄ibus ꝓuenuſte cōnectit: an eadē q̄ mō poſuum⁹ ſignificātia vt p̄ſto mihi fuit ſeruus tuus vrbē ingredienti .i. affuit.

C Liij. Licet mihi bono viro eē vel bonū virum.

Lic3 mihi bonū viꝝ eē ⁊ licet mihi bono viro eē vtrūq3 latīe atq3 vſitate dī. ſ3 id poſteri⁹ magis oratoꝝ eſt.

C Liiij. Perpetuu3 ⁊ imperpetuum aduerbia.

Perpetuum ⁊ imperpetuum aduerbia pro eodem ponuntur ⁊ eis frequenter vtimur

C LV. Deuincio pro obligo.

Deuincio verbū pulcherrimū eſt: tu3 precipue epiſtolis ꝯgruit. ſignificat et deuīcio obligo ⁊ deuīctus obligatus ſicut ⁊ ſepe obnoxius qđ non ſolum trito more ſignificat quod notum eſt ſed etiam deuinctum.

C LVj. Collocare apud aliquē beneficiū.

Collocare apđ aliquē bn̄ficiū ē alicui bn̄ficiū facere: vt apđ gratos viros bn̄ficiū collocaſti.

C LVij. Gratificor.

Gratificor tibi hāc rē p̄clare vſurpat̄ ꝑ gratū facio.

C LViij. De indulgeo ⁊ ignoſco.

Indulgeo ſane verbū ē aptiſſimū ⁊ ſplēdidi ornatus quod ⁊ datiuo iungit̄: ⁊ ferme ſignificat do operā atq3 ita exponit̄. vt hic nimio ſomno indulget .i. nimis dormit. nimio cibo īdulget: id ē nimis comedit. de aliis ꝯſimili pacto. Indulgere q̄ſi concedere ē verbū luxurioſam quādā deſignās clementiā ⁊ indulgentem parentē appellamus: leniore erga liberos īgenio. quare ⁊ ab ignoſco plurimū differt. eſt eñ ignoſco parco id eſt do venia3 ſiue excuſatū hēo. ignoſco tibi ſi quid (exēpli cauſa) admiſeris ſceleris. īdulgeo v̄o vt mul-

ta agere impune queas: quoꝝ v̄boꝝ diſcrimē diligen
tiſſime ꝯſiderandū eſt. CLIX. Tātus quātus

¶ Tantus ta. tū. ⁊ quantus eodēmodo ſe hn̄t in oīoe
vt raro alteꝝ abſqꝫ altero ponat᷑. vt cōcio hec tanta eſt
quanta an̄ ac vnqꝫ fuit. tribus mihi tantū quantū nec
agnoſco / nec poſtulo. tantū in te ē doctrine quātum in
doctiſſimo ſolꝫ eſſe viro. CLX. Talis qualis.

¶ Talis ⁊ qualis alterutrū creberrie ponit᷑ raro vtrū
qꝫ. vt talē ſolemus ſentire bonū virū ⁊ ſubintelligim⁹
qualem diximus. ⁊ econtra orator eſt illuſtris qual' al
ter nullus reperiatur. veruꝫ hec de his ſatis.

CLXI. Uel pro etiam.

¶ Uel pro etiam particula in mult̄ locis rectiſſime cō
gruit. vt hannibal fuit imperator vl' oīm primus. tua
eximia virtus vt te amem vel maxime impellit

CLXii. Verſor.

¶ Verſor verbū in frequētiſſimo eſt vſu veterū ac doc
torū hoīm. perdiffuſaqꝫ eſt eius verbi ſignificātia ac
deniqꝫ variis poteſt ratiōnibus exponi. vt ego verſor
in litterarū ſtudio id eſt do operā litterarū ſtudio. vir
tus circa difficile verſatur id eſt v̄tus in difficili conſi
ſtit. v̄ſamur in tenebris id eſt fere ſumus ac viuimus
⁊ quaſi ſtamus in tenebris. ⁊ (qd eſt exēplis ſupiorib⁹
declaratū) duos ſibi plerūqꝫ ac frequētius caſus po
ſtulat. nā aut accuſatiuo iūgit᷑ / ꝑpoſita circa: aut abla
tiuo in precedēte. nā cū actio vt ante fundū v̄ſari ad
portam verſabat᷑ perraro dicta ſunt. ſꝫ queadmodum
ceteris reb⁹ oīb⁹: ita huic ſūma adhibēda ē diligētia.

¶ CLXiii. Enimuero. ſin autem.

Nonnunqꝫ due particule ornatiſſime coniunguntur.
quarū eadē ſit vtriuſqꝫ ſignificatō. vt enimuero: nā
ꝑ explēda ſentētia altera dūtaxat ſufficere poterat. ⁊
ſimiliter ſin autē cauſa cōplēde ſentētie eo ī loco autē
particula nullā oīno viꝫ hꝫ. ſin eīn ꝑ ſe ſignificat ſed ſi

CLXIIII. Quoad.

Quoad pro quouſq; & pro quãdo non minus ornate ponitur q̃ latine. vt volo ĩ vrbe eſſe: quoad tu redeas. ita in pleriſq; locis conſimiliter accipi poteſt.

CLXV. Suſcipere.

Suſcipere nõ ſolũ (qđ tritus vulgatuſq; vſus hz) ſignificat qđ eſt ſup ſe accipe & q̃dãmodo adducere aliquid: ſz etiã pornate poſitũ in epiſtol' cõmẽdatuz hr̃e. vt ſuſcipit ciceronẽ ceſar in ſuis rebus aduerſis. q̃ vtiq; poſtrema ſignificatio/haud quãq̃ (ſi q̃s ĩſpiciat accuratius) a priore illa aliena eſt.

CLXVI. Poſitiuo adiuncta negatio contrarij poſitiui plerunq; vim tenet.

Optima q̃ ratio eſt vt poſitiuo cuipiã adiuncta negatio cõtrarij poſitiui vim ac ſignificatõez teneat. ſed non ita pene/tamẽ & accurate illam expleat cuius rei exẽpla ſubiciamus. hic vir eſt haud im pbus. ſignificat em̃ fere hunc hoĩem pbuz potius q̃ improbũ eſſe hñdum. & pbus haud ignobilis. hiſtrio non illepidus miles nõ inſtrẽnuus ciuis haud malus. Naz ĩ his eorũq; ſil'ibus rectius atq; vſitati' dicit̃ quãdo vis laudis cuiuſdã eſt. ſz q̃ſi dĩnute & q̃ſi defraudate laudis.

CLXVII. Peto hanc rem a te

Qđ grãmatici dicũt peto te hãc rẽ ornati' nec min' latĩe dici q̃at peto hãc rẽ a te. id p'unũ cicero in epiſtol' conſueuit.

CLXVIII. Conficior pro pereo.

Conficior paſſiua voce crebro vſitatũ ẽ p eo fere qđ eſt pereo. vt ꝯfectus ſuz id eſt ꝯſumpt' vt vir inops ac miſ' fame frigore dolore cõficit̃. ſic ãnis etate & ſtudio ꝯficit̃ ac merore/labore/ſenio ꝯfect'/& đ alijs ſic pml'ti

CLXIX. Ablatiui tum participiorũ tum aliorum peruenuſtam reddunt orationem.

Ablatiui caſus non pticipioꝝ ſolũ verũetiaz oĩz ali-

orũ in orõne pcõcinne ponũtur: pſertim ſi qua fuerit ſignificatio tpis: ⁊ de participiis quidã manifeſtũ eſt vt regnante octauiano ceſare parta eſt vniuerſo orbi pax: q̃ſi qua tempeſtate regnabat octauianus ceſar: ⁊ aliud: dionyſio ſiracuſis tirãnidẽ gerẽtẽ: grauiſſima in ſicilia bella geſta ſunt: id eſt in quo tpe ſiracuſanorũ dionyſius tirãnus erat. Sed eodẽq3 modo alia quedã ſe hñt noĩa marie ſi dignitatũ ⁊ honorũ extiterint: vt cornelio ⁊ galba edilibus curulib' acte ſũt in theatro fabule. Quidã addũt participiũ exiſtẽtib'. ſed nos phibemus: qd ad venuſtatẽ orõnis non ptinet addi oportere: item ſcipione ꝯſule peni deuicti ſunt. ſcipiõe imperatore euerſa eſt numãtia. ⁊ reliqua eiuſmodi pariter

clxx. De gtĩs cum poſſeſſiuis pnoĩbus.

Licet etiã tã grãmatice q3 oratorie gtios quorũ cunq3 caſualium cũ poſſeſſiuis quocunq3 caſu platis cõiungere: qd ⁊ priſcianus tradit: vt mea cauſa venit et ceterorũ amicorũ. meũ agrũ ⁊ marci anthonii populati ſunt tuo amico et fratris gratificare. tuũ imperatorẽ ſectare ⁊ coriolanũ o noſter ac fratris amice. ſua ille cõfidit ⁊ ciuiũ prudentia. Atq3 ita figuratur ꝯſtructio ĩ oĩbus poſſeſſiuis. hinc terẽtianum illud meo pſidio atq3 hoſpitis.

clxxi. De noĩatiuo poſſeſſiuo cum genitiuo poſſeſſoris.

Idq3 penitus inſpiciendũ ſit: q̃nq3 etiã diſcretiõis ſeu abũdãtie cuiuſdã cauſa ſolet addi cũ gtĩo poſſeſſoris ⁊ ntũs poſſeſſiuus. vt ſuus eſt. C. ceſaris mos. i. ei' et nõ alterius. ſuus ticii filius heres teſtamẽto ꝯſtitutus eſt. ſuus (vt ipeq3 pſcianus exponit) ad diſcretionez ei' ptinet q̃ ſcḋm leges ſuus nõ eſt. i. ſub ptãte pris legitimi nõ eſt. ſuus aũt p vnuſcuiuſq3 pprio accipitur qd ipm apud viros eloquentiſſimos frequens eſt.

clxxii. Quid diſtãt die quarto ⁊ die quarta

Die quarta (vt nonius marcellus etiã teſtis eſt) et

die quarto nō idē ſignificāt. ſ; maſculino genere pte-
ritū tēpus deſignat: feminino futuꝝ: qd vetuſtiſſimi
tñ aliter protulerūt. vt ſic die quarto ꝓ eo eſt qd aliter
nudiuſquartus dicit: nudiuſtertius: ⁊ itidem de aliis

clxxiii. quid intereſt inter tua cauſa ⁊ tui cā feci.

Tua cauſa feci / ⁊ tui cauſa feci: ne pter veteꝝ ⁊ docto
rum ꝯſuetudinē aliqd efficiamus inter ſeſe haud me
diocriter diſcernunt. Nā tui cauſa dicimus: ſi quid ei
ad quē ſmonē vertim' pſtiterim': vt tui cauſa ad an-
thonii caſtra ꝓfect': qd eſt tuendi tui gratia. Sed tua
cauſa: cum tua (vt ita dixerim) cōtemplatiōe aliquid
alteri pſtiterimus. vt tua cauſa fratris tui cauſam egi

clxxiiii. de differētia īter gtīos pmitiui ⁊ poſſeſ-

Et qꝛ aliqd de his q ad poſſeſſionē ſpectāt lo ſiui.
cuti ſumus: haud ab re fuerit differentiā illā proferre
in mediū: q inter gtīos pmitiui eſt ⁊ poſſeſſiui. vt mei
tui ſui noſtri ⁊ veſtri. quā tādem pulcherrime pſcian'
exponit. Vox nāq; eſt eadē: at vis ip̄a lōge diuerſa cū
gtūs pmitiui ſimplicē ſignificat poſſeſſiōe;. poſſeſſiui
vero duplicem. vt mei amicus. i. meus amicus. ſ; mei
filii amicus duplice; poſſeſſionem ꝯtinet: alterā meā
in filio: alterā filii in amico. qd eo ſubiecim' / ne cū or-
natum reqrim': verboꝝ vim ignorem' ip̄am: atq; ī er
rorē quēpiā ignorāt' incidam': ſ; nūc īſtitutū pſeqm.

clxxv. In mentem venit.

Hec res mihi in mentē venit dr. ⁊ cū gtīo: hui' rei
mihi ī mentē venit: nec mihi cure ē an ꝓ ntīo gtūs po
ſit' eſt: vtrūq; n̄o nō ſolū poete ſ; etiā. M. cicero vſur-
pauit.

clxxvi. De tempoꝝ cōmutatione.

Oratores (ſicut ⁊ poete) ꝑ ſepe pſentib' tpib' vtunt'
ꝓ pteritis / nōnunq; ⁊ ꝓ futuris: verū id quidē multo
rarius: ſ; ꝯtra haud crebro fit: niſi forte inq; verbum
qd futuri tpis eſt / preteriti loco vl' pn̄tis accipiam'. S;
multa q ſup his dici poſſunt ī aliud q tps ſeruamus

clxxvij. Similis gtĩo ⁊ plenus datiuo.

¶ Similis ⁊ plenus noĩa (quoꝝ ꝑus dtĩo iũgit᷑: poſterius etiã abltĩo) oratores vt plurimum ac fere ſp gtĩo iungũt: vt ſimilis es tuoꝝ maioꝝ: dignitatis ⁊ officio es plen᷒: nõnunq̃ vo (ſ ꝑraro ꝓferunt᷑) cũ ſupiorib᷒ caſibus.

clxxviij. Ut imperatiuis ſubiunctiua verba iunguntur.

¶ Sepenumero etiam maioris ſignificantie cauſa vel ornatiſſime imperatiuis ſubiunctiua verba iunguntur: quod Cicero ſepe efficere ſolebat. quale eſt illud. Cura vt vir ſis. Et alio loco ſcribens ad filium. Effice ⁊ labora vt excellas.

clxxix. decurritur.. cenatur. prandetur.

¶ Decurritur ſpatiũ: cenatur rhonibus: prandet᷑ tur tur: conſimiliaq; pulcherrime dicuntur.

clxxx. Ut tranſitiua v̈ba abſolute ꝓferuntur.

¶ Atq; vt abſoluta ĩterdũ v̈ba obliq̃s caſib᷒ iũgunt᷑. ita trãſitiua q̈ʒ licʒ nõnũq̃ nõ ſolũ ꝑ grãmaticoꝝ more / ſed etiã ꝑ oratoꝝ ꝯſuetudĩe abſolute ꝓferunt᷑. ꝑſertẽ v̈o ſi q̃ ſui paſſio cũ actõe ipa ſignificat᷑ q̃lia illa ſũt lugeo: rideo: metuo. que cũ tranſitiua ſunt: nunc abſolute ꝓferunt᷑.

clxxxi. De terminatis in bundus.

¶ Que in bũdus exeũt noĩa / nõ tã ſĩlitudinẽ ſignificãt (qđ pleriq; arbitrant᷑) q̃ʒ abnndãtiã quãdã poti᷒ ac vehemẽtius: vt gloriabundus nõ tã gl'ianti ſĩlis: q̃ʒ abũde ſeſe vehemẽterq; efferens. Quã opinionẽʒ eloquẽtiũ atq; q̈ʒ eruditiſſimoꝝ hoĩm vbiq; teſtimonijs ꝯprobatã: tu q̈ʒ firmiter ãplectere. nã (vt alios omittã) Aulus gelius auctor ꝓbatiſſimus ex ſentẽtia q̈ʒ doctiſſimi appolinaris letabund᷒ dicit᷑ qui abunde letus eſt. Errabũdus q̃ lõgo atq; abũdanti errore eſt. ⁊ tu q̈ʒ eiſdem vtere nominibus.

clxxxij. De fretus

¶ Fretus ta. tũ incerte originis ablatiuo iunctuʒ pulcherrimũ eſt: ⁊ ſignificat fere ꝯfiſũ atq; munitũ. vt ve

ſtra hũanitate fret⁹. vr̄a ſapientia / nõ mea v̄tute fret⁹
clxxxiij. Certiorem facere.

Certiorez facere vſitate atq3 freq̄nter in epiſtol' vſur pat̄. nã facio te de hac re certiorez. i. tibi ſignifico hãc rē ⁊ ſepiſſime velim me de tua valitudīe facias certiorez

clxxxiiij. De habeo.

Habeo varia ꝯſtructione figuratũ plurimũ ornat⁹ hab3. vt bñ hec res ſe h3. qd̄ eſt fere vt ita dicã: ſtat bñ hec res. ⁊ ita bñ habeo me. ⁊ cũ pticipijs bene me hñſ redeo rure. ⁊ cõtrarũ aduerbiũ ſil'iter ei verbo iungit'. qd̄ eſt male. clxxxv. De pticipijs futuri temporis

Participia ſepenumero futuri tempis ornatiſſime vſurpantur. vt ſcripturus ſũ ad ſcipionez lr̄as. qd̄ eſt fere debeo ſcribere. ⁊ aliud. tu ad edes cras iturus es: q̄ſi ire debes. cicero ē athēas ꝓfecturus. i. d3 athenas ꝓficiſci. plautus in ciprũ traiectur⁹ eſt: fere eſt nauiga re d3 in ciprũ. qd̄ idcirco ita expoſuim⁹ qm̄ is proprie nauigare. i. trãſmittere: is ſoluere eũ locũ ſignificat vñ ꝓficiſcim̄ is demũ traijcere dicit' q̄ eũdē deſignat qui rate vehit'. vt cicero ſoluit athenis ⁊ ī aſiã traiecit. Verũ ad ꝓpoſitũ redeundũ eſt illa igit' pticipia que a v̄bis manãt paſſiuis ⁊ paſſineq3 expōi debēt. vt cui⁹ inſons aīmus eſt: mulctãdus nõ eſt id eſt mul'ctari ⁊ pu niri nõ debet. ſontes accuſandi ſunt. i. accuſari debet. vir flagicioſus eſt trudendus in carcerem. i. coijciēd⁹ in vincula ⁊ alia reliq̄ exponant' vt ſup̄ diximus. Nec tñ negauerī quī eorũdem participioꝝ alia q̄3 ratio ſit ſed ea nos modo ꝓſequimur ī pñtiaꝝ q̄ venuſtius eloq̄um reddãt. clxxxvj. De repeto.

Quid repeto: nõ ne ꝑpulchre ponit'. ſi q̄d ei acceſſe rit neq3 accuſatiuus ſolus caſus / ſ3 etiã ablatiuus. vt repeto hanc rem memoria. quod non teneo memoria ſignificat vt permulti extimant. ſed potius memoria voluito: ⁊ reminiſcor. ⁊ quaſi oblimoni traditum rur

ſum īueſtigo memoria.hoc nos vti v̄bo potētiſſime poterim⁹:qm̄ eodē ⁊ veteres eloquētiſſimi frequēter vſi ſunt.hīc illud de oratore ciceronis libro.cogitanti mihi ac memoria repetēti.⁊ african⁹ a neuio accuſa-tus tribuno plebis / q̄ ab antiocho pecuniā accepiſſet cōmodiſſime eo verbo vſus eſt.Memoria (inquit) q̄rites repeto hūc diē hodiernū eſſe: quo hannibalem penū īimiciſſimū huic īperio vici in africa:⁊ ꝑpetuā pacē vobis / ac victoriā peperi inſeparabilē.veꝝ capt⁹ ingēti voluptate lōgius in africā verbis referēdis ꝓ greſſus ſum.q̄obrē ad veſtrū īſtitutū referat ſe oratio

CLXXXVII. Pro mori diē obire / mortē ap-petere ⁊ ſimilia: ꝓ viuere aūt vitā agere / dege re etatem ⁊ ſimilia ornate dicimus.

Optimū factū fuerit:ne eiſdem aūt modis orōnis aut v̄bis vtamur:⁊ (qd̄ initio diximꝰ) varia plurimū ꝓbat orō.⁊ ſi veluti q̄buſdā floſculis aſꝑgit̄:vt ꝓ mori diē obire:mortē appetere:aīam expirare:vita dece-dere:aīam efflagitare:vita defungi:rebꝰ hūanis exce-dere:ex vita migrare:res deſerere hūanas:exire de vi ta:mortē obire:extremū claudere diē:interire: occide re cōſiliaq3:⁊ iterū ꝓ viuere vitā agere:degere etate3

CLXXXVIII. Ut ludo ludū:ſic ⁊ viuo vitam dicimus:⁊ conſimilia.

Et (ne ſigillatim cūcta cōplectar) illd̄ hoc loco aīad uertēdū ſit:q̄ ſicut ſepe dicimꝰ / ludo ludū:pugno pu gnā:ſeruio ſ̄uitutē:doleo dolorē:⁊ ſimilia:ita ⁊ īterdū viuo vitā:viuo miſerā ſeu felicē vitā:vt ſi q̄s dixerit qui expeditā fuerint vitā ꝯſecuti:hi viuēt beatā ⁊ im-mortalē vitā.⁊ q̄ p̄clarū certamē certauerit:ampliſſi-mis donabit̄ muneribꝰ.Et qd̄ de varijs dicimꝰ orōis modis:idipm̄ de ſingulis partibꝰ ītelligēdū ſit:vt ꝓ oro rogo:p̄cor:obſecro:ꝓ q̄ſi pene:ferme:reliq̄ tu ipſe coniecta.

CLXXXIX. Id genus

¶ Id genus ꝓ eius generis (qđ fere ſimile nomē exꝓ
init) ꝑpulchre ⁊ vſitate dicit̃: vt multa ſũt id gen⁹ mõ
ſtra. De multis id genus reb⁹ locutus ē: qđ ē ſimilib⁹.
et ita in alijs. CXC. Ex ſententia

¶ Ex ſententia q̃ſi ſm voluñtatē ⁊ ꝓſpere: vt geſta res
eſt ex ſentẽtia: qđ eſt ꝓut optabamus: ⁊ tibi id venit
ex ſentẽtia: ⁊ multꝫ ĩ locis ꝯſiſ̃iter CXCI. Inferre

¶ Inferre ĩiuriã / q̃ſi ĩiuriã facere. man⁹ ĩferre alicui ē
aliquē pulſare. impetũ ĩ quēpiã facere / ē quēpiã cum
impetu et quaſi vi adoriri ⁊ irruere.

CXCII. Dare veniam.

¶ Dare veniã pulcherrimũ eſt ignoſcere ⁊ licẽtiã ꝯce
dere. Ab initio etatis habui te amicũ. Amicitia mihi
tecũ ē a teneris ãnis: a paruulo: a p̃mis etatis tꝑib⁹: a
teneris (vt greci dicũt) vnguiculis ab incunabulis ip
ſis. ⁊ huiuſmõi. Iuuenal' etas pulcherrime adoleſcē-
tiam ſignificat. cxciii. Ferire fedus.

Ferire fedus optime atq3 optimis cauſis ex fecialiũ ꝯ
ſuetudine ſignificat fedus. cõponere vt ꝑſepe ictũ ſeu
ꝑcuſſu3 fedus ē ꝯſtitutũ ⁊ compoſitum.

¶ cxciiii. Eſt mihi nomen ſcipioni.

Eſt mihi nomē ſcipioni. ſcipioni cognomen africano
fuit. cui pago troiano nomē eſt ⁊ ſic de reliq̃s dtõ caſu
ꝑſitate ac pulcherrime dĩ. que eadē ⁊ alijs quoq3 mo
dis reꝑiunt̃ ſed freq̃3tius modos ſuꝑiores apđ eloq̃ntiſ
ſimos ⁊ doctiſſimos viros inuenies.

cxcv. Aiunt fertur dicitur.

¶ Cum tritũ verbũ volum⁹ oſtẽdere: ⁊ qđ ĩ ore ꝑꝑl'i eſt:
vtimur vl' impꝑſonali fert̃ vl' ꝑſonali v̾bo aiũt: ⁊ non-
nũq̃3 dĩ. ⁊ eis ſingulis vt p̃ponim⁹: ⁊ raro ita ſed inter
dũ ꝙ exẽpla huiuſmõi ſunt. nã ſirenes (vt aiũt) ſurda
debem⁹ aure trãſire. ⁊ itẽ nã ita fert̃ vt nuſq̃3 tuta ſit fi-
des. itẽ aut turpe ē (vt dĩ) tumultuãtē de gradu deijci

cxcvi. Mediam ſuper noctem.

Nōnūq̄ ita dicim⁹ noctē ſup mediā vigilauim⁹ qđ eſt vltra mediā noctē vigilauim⁹. idq̄ꝫ ⁊ ſerui⁹ ipē teſtat̄ ⁊ q̄rūdā veteꝝ cōꝑbat auctoritas ccxvij. Tēdo.

¶ Contra ſermonē tuū tēdo id eſt reſpondeo tibi. ſic̄ ⁊ tēdo ꝯtra iter. i. tibi occurro: ſed hec haud in frequēti vſu oratoꝝ īuenies. CCLVIII. Macte.

¶ Macte magis aucte: ⁊ eſt glorie ⁊ laudis ſermo: et plerūq̄ꝫ ablt̄o iungit̄: vt macte virtute eſto. idq̄ꝫ ⁊ poete vſurpāt ⁊ ſcriptores hiſtoriaꝝ: ⁊ demū oratores ipi q̄ ſmo (vt mlt̄i erudituſſimi tradūt) a ſacris deduct⁹ ē

CCLIX. Ad explicandū locū ſiue genus gentile ac patrium effingimus.

¶ Quotiēs alicui⁹ explicaturi ſum⁹ ſiue gen⁹ ſiue locū gētile ac patriū nomē effingim⁹. qđ q̄ ſecus effecerit: fortaſſe latine locutus ſit: ſꝫ illepide atq̄ꝫ penit⁹ īdecore: vt q̄ fuerit a ſiracuſis oriūdus: nō de ſiracuſis dicēdus: ſed ſiracuſanus: nō de athenis ſꝫ athenienſis: ⁊ ſic de alijs atq̄ꝫ in generib⁹ ac familijs nos nō de cum abltīo vtimur (vt multi) ſꝫ īde nomē efficim⁹ vt nō de ſtauris ſꝫ ſtaurus: nō itē de grecis ſꝫ grecus. nō de catulis ſꝫ catulus: nō de datis ſed datus. Quā q̄dēꝫ ad rem id merito aſſerēdū ſit: qđ plini⁹ ipē aiebat: q̄ꝫ deriuatiōes nō hn̄t firmas regl̄as: ſꝫ exeūt terminātur q̄ꝫ vti ipis autorib⁹ placet: ſic a thauro thauꝝ thaureū ⁊ thaurinū dicim⁹: ⁊ q̄s nos rōanos dicim⁹ / dicūt greci romeos. q̄s nos carthaginēſes / illi carthidoneos vocāt Sꝫ ī enſis / us / atq̄ꝫ as / ſi ad loca ꝑtinēt freq̄ntiores terīatōes ſūt: vt albanēſis: veronēſis: cluſin⁹: tarētin⁹ lacedemoni⁹: ſiracuſan⁹: arpinas. Alij q̄ꝫ ſūt eorūdēꝫ noīm exit⁹: ſꝫ hi frequētiori vſu celebrant̄: qđ idē ⁊ ī q̄buſdā alijs fit: q̄ neq̄ꝫ a generis noīb⁹ fluxere neq̄ꝫ loci vlli⁹: vt terētian⁹ cremes. platonic⁹ gigas. ſocratic⁹ gorgias q̄ oīa a ꝓprijs ꝑfecta ſūt: atq̄ꝫ originē traxere: ſꝫ q̄ alia hac de re dici poſſūt: tu ipē cogitatōe cōplectere

CC.Conor.

¶ Conor hãc rem / optime ac ꝑuenuſte dicim⁹: ꝑſertiꝫ ſi difficilior ſit ⁊ ardua: quo pacto cicero ſepe vtebatur vt de ꝑfecto oratore magnũ op⁹ ⁊ arduũ brute conam̃

CCI.Studeo

¶ Et ſtudeo ſi q̃d ſtudioſius effecturi ſum⁹ / etiã actio pulcherrime iungit.

CCII.Deſidero.

¶ Deſidero v̉bũ pulcherrime poſitũ ẽ. Nã cũ deſiderium ſit abſentũ rerꝫ: ꝑſepe dicim⁹ / deſidero amorẽ tuuꝫ q̃ſi tu nõ me amas. deſidero tuã prudẽtiã: q̃ſi ſis inſipiẽs. ⁊ itẽ de aliȷ̃s.

CCIII.Complector.

¶ Cõplector ꝑdiffuſum eſt atqꝫ ornatũ v̉bũ: ꝑſertim v̉o aliq̃b⁹ adiectis hac rõe. vt te amore atqꝫ bẽiuolẽtia cõplector: ꝑ te amo. cogitatiõe cõplector: qḋ ẽ cogito: et id eſt animi ſicut facultate cõſequor eſt rei ipſius.

CCIIII.De gerundiuis.

Illḋ ignorãdũ nõ ẽ ꝙ gerũdiu⁹ mod⁹ ab oĩ v̉bo ſimili ꝓcreat / ſi q̃n nob foret eo op⁹: vt cãtãdo rũpit ſãguis .i. dũ cãtat vt ait ſer: ⁊ alio ĩ loco actiue dictũ ẽ. cãtãdo tu illũ id ẽ dũ canis. id efficere atqꝫ vſurpare oratores queũt.

CCV.De quarto pretor ⁊ quartũ p̃tor

¶ Putãt nõnulli nihil intereſſe: ſi q̃s dixerit quarto pretor ⁊ quartũ p̃tor: ⁊ ſic de aliȷ̃s: ſꝫ magna ẽ certe differẽtia vt. M. varro teſtis ẽ. nã quarto p̃tor locũ ſignificat ⁊ tres ante factos. quartũ v̉o deſignat tp̃s. Caue igit diligẽter ne ꝑperã hiſce vtaris rõnibus: ne quid ꝯtra veterũ atqꝫ eloquentiũ morẽ ꝯſuetudinẽqꝫ faciamus. quare tercũ ꝯſul ac tercio ꝯſul nõ idẽ ſignificãt

CCVI.Ruri eſſe.

¶ Sed ne plura iam ſequat (nã infinita pene eiuſmodi ꝑcipi poſſunt) id tene memoria ꝙ nõ rure eſſe / ſꝫ ruri eſſe dicamus. qḋ cũ Feſtus põpeius affirmat tũ Terẽtius cõprobat. ait em̃ ruri ſe cõtinebat. Quãobreꝫ ſi qua reliqua ſũt: paucis expediamus. Nã cũ ꝓ ꝯficien

dis epiſtolis hec potiſſimū attingerim᷒:ſi ſaluatiōis formulā ac regulā iduū nonarūq; obſeruatione͂ pate fecerim:iure huic paruo īſtituto finem ac modū ſtatu erim.CCVII. Uale Salue.

¶ Uale igr̄ ac ſalue v̄ba.p.M.varronis ⁊ oīm doctiſſi moꝝ viroꝝ ſentētia idē ſignificare videnť.Quib᷒ nos alias ī ſalutādo/alias ī execrādo vtimur:ex q̄ Terē.il lud ē.Ualeāt q̄ inť nos diſſidiū volūt ac cupiūt.mor tuis q̄ꝫ ⁊ q̄ mortaliū vita deceſſerīt q̄b᷒ nullā huiuſce lucis optare ſalutē poſſum᷒ nōnūq̄ꝫ vale dicim᷒ Et ve teres quōdā eiſdē idem v̄bū.p mori dicebāt:q̄i nihil āpli᷒ viuētib᷒ ſibi cū mortuis futurū eēt:⁊ ī ppetuū iā ab eoꝝ aſpectu diſcederēt. Nā nꝫ valēt illi nꝫ ſalui eē pn̄t.ob eādē rē addūt nōnulli bn̄ ſeliciterq; aduerbia aut ſiq̄ alia ſūt eiuſmōi ſignificātia.Uerūtn̄ ī ep̄l'is ip ſis vale ī fine dicere ꝯſueuim᷒ abſq; vlla aduerbij ac ceſſiōe.ꝑinde ac amicis vite ſalutē ac felicitatē exop tem᷒.Quid igiť vale ſibi q̄rat q̄ ve illo pacto vtēdū ſit noſce. CCVIII.Dico tibi ſalutem.iubeo te ſaluere.

¶ Pro ſalute aūt plerūq; nos dicim᷒ ſalutē dico.⁊ ſi quē ſalutare cupim᷒ dtīo caſu.aptiſſime appoſuerim᷒ vt vale:⁊ ceſari dic ſalutē.Alia q̄ꝫ erit ſalutandi ratio. vt iube ſcipionē ſaluere:qd̄ eſt ſcipionē ſaluta.Nā ille modus vim quādā deſiderij ꝯtinet:⁊ ꝑ antiquoꝝ mo re ⁊ ꝯſuetudīe īfinitiu᷒ modus ī aliū trāſmutať:vt iu beo te ſaluere.i.ſalue.iubeo te gaudere.ꝑ gaude.

ccix.Meo noīe vel meis v̄bis ꝑ mea ex parte.

¶ Quod alij ex mea pte dicūt:in l'to q̄dē ornati᷒ dr̄/ vel meo noīe vl' meis v̄bis. ccx.De kalēdis nonis ⁊

Quotā aūt cuiuſcūq; mēſis diē velim᷒ (idibus ītelligere:kalēdis nonis idibuſue notam᷒.neq; q̄d il li ſibi velint:nūc explicare ꝯſiliū eſt.ſꝫ q̄ pacto dicam᷒ ſinguloꝝ mēſiū dies:⁊ quō ab eis noīationē ſuſcipiāt q̄ꝫobrē ītelligēdū eſt inp̄mis/p̄mū cuiuſq; mēſis diē

kalēdaꝝ appellatiōe vocari:fin q̄s nonaꝝ dies ꝯſtitu
itur:⁊ ī alijs quidē mēſib⁹ ſeptīa luce Marcio maio/
iulio octobri.ī alijs āt q̄nta ianuario februario aprili
iunio auguſto ſeptēbri nouēbri decēbri:atq̄ oīs hi
dies q̄ kalendas ⁊ nonas īterceſſerint:nonaꝝ cogno
minatiōe cēſent̄:vbi ⁊ nūeꝝ memīerim⁹ ac nonas ip
ſas.⁊ ille abltīo ꝯſtruunt̄:hec actīo.Sȝ īternumerādū
et ꝑpoſtero vtem̄ ordīe/⁊ nonaꝝ diē ꝯnūerabim⁹:at
nonis exactis ꝓxīos octo dies.id q̊ȝ ī q̊libet mēſe iduū
ſil'iter cognomīatiōe ſignificabim⁹:ſȝ pari rōne tū or
dinis tū ānumeratiōis.reliq̊s vͦo ei⁹ mēſis (quotq̊t ſu
ꝑfuerint) dies kalēdaꝝ appellatiōe notabim⁹ q̄ futuri
ac ꝓximi ſūt mēſis neq̄ ordinis neq̄ nūeratōis rōne
īmutata.Ad id om̄e exēplo illuſtrādū ē.ſitq̄ marcius
nobis exēplo:cui⁹ curriculū vno ac trigeſimo die ꝯficit̄
Prima itaq̄ dies kalēde erūt martij. ſecūda ſexto no
nas martij.tercia quīto nonaſ.q̄rta q̄rto nonas.q̄nta
tercio nonas.ſexta nō di ſcd̄o nonas ſȝ ṗdie nonas. ⁊
ita de idib⁹ atq̄ kalēdis.ſeptīa dies none erūt martij.
octaua octauo id⁹ martij.nona ſeptīo id⁹ martij.decīa
ſexto id⁹ martij.vndecīa q̄nto id⁹.duodecīa q̄rto iduſ
tridecīa tercio id⁹.q̄rtadecīa ṗdie id⁹.q̄ntadecīa idus
erūt martij.ſedecīa decīaſeptīa kalēdas aplis:qm̄ is
mēſis ꝓximū ſequit̄.decīaſeptīa decīoſexto kalēdas
aplis.decīaoctaua decīoq̄nto kalēdas.decīanona de
cimoq̄rto kalēdas.viceſima decīotercio kalēdaſ.vice
ſimaṗma duodecīo kalēdas.viceſimaſecūda vndeci
mo kalēdas.viceſimatercia decīo kalēdas. viceſima
q̄rta nono kalēdas.viceſimaq̄nta octauo kalēdas.vi
ceſimaſexta ſeptīo kalēdas.viceſimaſeptīa ſexto ka/
lēdas.viceſimaoctaua q̄nto kalendaſ.viceſimanona
q̄rto kalēdas.triceſima tercio kalēdas.triceſimaprīa
⁊ nouiſſima ṗdie kalēdas aplis.In ceteris oīb⁹ eadē
ſeruāda ē ratio dieꝝ.Dieꝝ aūt numer⁹ haud te lateat

qui ī pr̄optu eſt oībus.

¶ ccxj. Pridie kalēdas pridie nonas pridie idus.

¶ Pridie aūt kalēdas / ꝑdie nonas / ꝑdie idus ⁊ ſignificat qđ vetuſtiſſimi dicebāt die ꝑſtini .ꝑ aduerbio qđ ſignificat die priſtino. ⁊ ſic peruenuſto more die craſtini ⁊ die quinti ⁊ die quinto ſimiliter pro aduerbio. Veruȝ nos priſcam nimis ⁊ horridiorē vetuſtatē vbi qꝫ fugere ac vitare debem᷒ Ac bñ ꝑclare ceſar ꝑcipere ſolebat tāqꝫ ſcopulū ſic fugiēdū eē inauditū atqꝫ inſolēs verbū. Pro gtīs aūt mēſiū rectius poſſeſſiua noīa finxerimus vt ꝑ kalēdis marcij ſic venuſtius dixerimus kalēdas martias ⁊ ita aꝑles / maias / iunias / iulilias / acquītiles / auguſtas ſeu ſextiles / ſeptembrias. ⁊ ita ianuarias: februarias qꝫ aūt ī kalēdis nonis idib᷒ qꝫ ablt̄io caſu iūgim᷒ idē poſſim᷒ in actīm trāſferre ⁊ ad ꝑponere. ſȝ id ſignificat tēpus fere diuturnū vt ad decimuȝ kalēdas februarij dediſti ad me lr̄as. ego vō ad octauū idus ianuarias ad te ſcripſeram. hȝ eñ vim temporis vehementiorem hoc poſterius.

¶ Operis operatio.

¶ Hec igit̄ ꝑ lr̄a ſcribā: hec in ſeſe īpreſētiaꝝ obtulerūt q̄qꝫ annotatu digniora viſa ſūt: que tibi mlr̄to plus fortaſſe ꝯducēt q̄ꝫ eoꝝ ꝑceptiones / q̄ eaſdē ⁊ epiſtol̄ ⁊ .oronib᷒ tribuūt ꝑtes. Quorū penit᷒ eripiēdus ē error: atqꝫ ita ſentiēdū: vt ī lr̄is ipis ad te ꝯcīne deluci deqꝫ pſcribam᷒: ac nr̄aȝ ſn̄iam atqꝫ mētē q̄ꝫ ꝯmodiſſime apiam᷒ Qđ cū hec diligēter tenueris: ex īfinito pene haꝝ rerꝝ nūero / alia quedā nō min᷒ fortaſſe vtilia: ſed mlr̄ta grauiora ſubnectā. q̄obrē (vt facis) cupidiſſime lr̄a ſtudia lr̄aꝝ cōplectere: atqꝫ ea que indies aſſequeris ad exercitationem accommoda. Vale.

¶ Auguſtini Dati Senenſis oratoris ꝑmarij / Iſagogicus libellus in elocutionis precepta Explicatus eſt.